



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

4. Leges Praelatorum quam vim habeant, praesertim in causa reformandae Religionis propriae? quid de statutis Abbatissarum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

Resol: 96. idemq; quoad forum internum dicendum est de regulis Cancellariæ. Ioannes Valerus in differentijs utriusq; fori verb: donatio. differ: 6. n. 2.

4. Cum ordines Religiosi eorundemq; Pralati leges ferre possint, & statuta propria solùm juxta consuetudines suas, privilegia, & modum suæ regulæ: *Suar: lib. 4. cap. 6. num. 21. Salas de leg. disput: 8. sect. 12.* Sequitur, superiores per se loquendo non posse præcipere subditis id, quod *vel actū, vel virtute* in regula non continetur *Immo- centius cap. veniens de jurejur. Clem. in cap. relatum ne Clerici vel Monachi. S. Bernhardus in lib. & præcept. de dispensatione cap: 5.* minùs proindè compellere poterunt Professum, regulam legitimè mitigatam & relaxatam ad amplectendam regulæ strictioris primævæ reformationem: *Panormit: cap. ad nostram de Appellat: & cap. literas de restitut.* Abbatissas quoque Monialium posse leges condere instituto suo accommodatas probabile videtur. *cap. dilecta de major: & obedient.*

5. Ad hoc ut constitutio, tam Ecclesiastica, quam civilis obligationem inducat,

ext-